



**Eryci[i] Pvteani Pietatis Thavmata In Bernardi Bavhvsii[i]  
è Societate Iesv Protevm Parthenivm**

**Puteanus, Erycius**

**Antverpiæ, 1617**

B. Pharij & Parthenij comparatio: fecundus vterque. item γερων,  
αθανατ[ος], αλι[ος], νημερτης. Laudes Virginis inspersæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70659)

tion, & Apollonij Scholiaſtes, id ab auo Neptuno muneris accepiffe, vt cùm in acie ſtaret, θαῦμα eſſet, & in varias formas tranſmutari aptus. Sed redeat Proteus, ſi vmquam fuit, redeat Periclymenus: etſi Deus, cælum tamen non exprimet; etſi Mirus, ſtellas tamen omnes non induet. Hoc Parthenio conceſſum eſt, qui Protei aſſumit nomen, Periclymeni extinguit. Ergo prodi Proteu, nunc Partheni; prodi, & ſtellas nobis omnes exhibe: prodi, & vt laudes Virginem, Dotes eius, quantum pote, repræſenta; ego vt Pius ſim, ſic laudari Virginem, pergam admirari.

## THAVMA B.

*Pharij & Parthenij comparatio: fecundus uterque. item γέρων, ἀθάνατος, ἄλιος, νημερτής. Laudes Virginis inſperſa.*

**O** Bona Pietas! Verſum, PROTEVM; Pharium, PARTHENIVM fecit. Parthenium quidem, non γενικῶς à Virgine, ſed à Virgine Virginum: vt Verſuum hic Verſus eſt, regnùmque ſibi carminis vindicat. Pharium autem à Pharo Aegypti inſulâ Proteum Homerus nominârat; imò & Aegyptium. A Pharo, tamquam à fecunditate. Φέρσαι enim generare Græcis: quemadmodum ſterilem terram, ἀφάεγον Callimachus ſcripſit, γῆν & γυνῆν ſimul parans & ponens.

In



IN PROTEVM PARTHENIVM. 67

In hunc sensum de ipsius Homeri sensu verba Heraclidis sunt in Allegoriis: Φυσικῶς ἔν τὸν ἀπάντων πατέρα χῶρον ὠνόμασε Φάρον, ἐκ τῶ γόνιμα προσηγορίας ὁ μάλισα ἐβέλετο σημήνας. *Naturaliter igitur locum parentem rerum omnium nunciavit Pharum, fecunditatis significatione, quid sibi vellet, insinuans.* Ergo fecundus ille Proteus, ille Pharius, quia varius: & hic Parthenius (mirum!) quia Virgineus, & castâ prorsus geniturâ multiformis. Ex vnâ facie corporis, mille nascuntur: vnus Versus mille & amplius formæ sunt, & ad vnâ redeunt. Sacram Asperi-Collis Quercum, ramos, folia cogita; & hæc in vno Virginis simulacro abscondi. Foliis imago coronatur, stellis Virgo, versibus imago & Virgo: vnum tot folia, tot stellæ, tot versus diadema faciunt; & vno tamen hoc diadema Versu constat. O fecunditas! Quis tot filios pater habuit? Proteus habet, sed Parthenius. Hic seipsum gignit, totiesque sibi filius est, ac rursus pater, quoties formam mutat. Fit alius, manetque idem. Se quoties videt, querit; quoties inuenit, miratur. Versus igitur Proteum sequitur, illum Pharium; imò felici varietate, sed constanti pietate Proteus est. Quid etiam? Homericus ille,

— γέγων, ἄλιος, νημερτής,

Α΄θάνατος Προτεὺς Αἰγύπτιος. —

— senex, maris incola, veridicûsque,

I 2 Atque



*Atque immortalis Proteus Aegyptius. —*

Γέρων, siue *senex*; ne ludum putes, quidquid in honorem Virginis Virgineus hic Poëta lufit. Etiam ἀθάνατος, siue *immortalis*; vt æternum hunc Parthenium fcias. Cælum ostenditur: non poterit, nisi cum cælo, hæc imago cæli perire. Festinent dies, voluantur anni, tabescat natura: feruabit ætatem, qui formam mutat; canescet sæculis, qui senium non timebit. Iterùm, Homericus ille, ἄλιος, siue *marinus* est, ἀπὸ τῆς ἀλός: hic Bacchusianus, Παιδείσιος, siue *Virgineus*, ἀπὸ τῆς παιδείσεως, quam stellam maris tot iam sæculorum Pietas appellat. Quippe in mari mortales sumus, iacetamur vndis, pulsamur tempestatibus: in tantâ vitæ miserâ, fortunæ rabie, tutela à Virgine est: hæc Helice, hæc Cynosura, hæc sacra anchora. quàm potens, tam pia: etiam naufragos seruat. Non frustra igitur illud D. Bernardi, noster hic

Lib.v. BERNARDVS vsurpat: *Respice Stellam, voca MARIAM:*

*Non ego Lætos pueros in vota vocavi,*

*Sed melior Noctis Stella vocata mihi est.*

*Pro face Pollucis fax impolluta MARIA est;*

*Pro face Castoreâ, casta MARIA mea est.*

*Hi gemini, fateor; MARIA unica: sat tamen  
vna hæc.*

*Plus poterit geminis fratribus, ista Soror.*

Prætereâ Heraclides Ponticus ἄλιον, *tamquam è  
multis*



*multis variisque rebus congestum* nominat; & hinc *ἀλιζεν* Græcis esse, quasi *congregare*. Quid dicam? Etiam hoc Originis mysterio Proteus noster *ἀλιος* est: congestus & accumulatus tot versibus, quot cælum stellis instructum. Denique Homericus ille, *μηεπτις*, siue *veridicus*: sed magis noster; Virginem laudat. Huius qui Dotes stellis antetulit, verus fuit.

## T H A V M A Γ.

*Protei Homerici imagines ad Parthenium translata. Mina & dira in hostes Virginis. Proteus, chaos; eius forma, Elementa.*

**I**NNUMERAS video formas, & admiror: placidas omnes, venustas, emendatas, & capior. Quæ varietas, ea voluptas. Quoties mutatur versus, nouâ imagine ridet, nouâ elegantiam allubescit. Sic pulchra Pietas, quia Virgo est: *Pulchra ut Luna, electa ut Sol*. Terribilem soli mali confessi sunt: & sic dicitur, *Terribilis, ut castrorum acies ordinata*. Ergo terrorem quoque Parthenius sumet Proteus, sed in hostes Virginis: erit, quidquid Homerus fingit: Leo, & rugiet; draco, & terrebit; panthera, & sæuiet; aper, & proscindet. Quid? vndas flammâsque dabit; suffocabit, & vret. Si noui Ebionnes & Cherinti erunt, qui Virginitatis florem Virgini nefario dogmate eripiunt; Leonis for-